



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Cardinales Religiosi

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

autem ordinaria concurrunt Capitulum. Sed in hoc magis placet contraria sententia Garfii de benef. part. 5. cap. 1. n. 628. Quia per indultum non cessat reservatio, sed dispensatur, cessante tamen reservatione quoad indultum non habentes. Ergo Cardinales talia beneficia non conferunt jure ordinario, sed ut delegati Sedis Apostolicæ virtute indulti, part. 5. tract. 2. resol. 26.

*Sed hoc non procedit in beneficiis reservatis.*

*An substitutum Cardinalis conferre possit beneficia qua possit ipse substituent?*

54. Substitutus Cardinalis, habentis facultatem conferendi beneficia reservata, & alium substituendi, potest conferre dicta beneficia, sicut potest Cardinalis. Ita Rota Romana coram Ualdo in una Vliff. part. 2. Junii 1623, apud posthumas. Farin. tom. 1. decis. 595. num. 2. ibid. in fine.

An autem Cardinales possint esse Ducis exercitus; vide *Episcopos*.

CARDINALES Religiosi.

*Cardinales Religiosi probabiliter non tenentur voto paupertatis. Et, si tenentur possunt nihilominus disponere de bonis Ecclesiasticis, sicut alii.*

55. Cardinalis Religiosus secundum Suarez de relig. tom. 4. lib. 3. cap. 19. Manfredum de Cardin. dec. 154. & alios non solvitur à voto paupertatis. Sed ego probabile puto, quod solvatur, ut de religioso Episcopo dicam infra V. Episcopus nu. 22. & quoad utrumque probabile putant ipsimet adversarii, ut Sanchez sum. tom. 2. lib. 6. quest. 6. num. 34. Et stando etiam in prima sententia Cardinalis Religiosus potest de bonis Ecclesiasticis facere quidquid alii possunt, nec alia obligatione tenetur: quia licet non sit dominus, est tamen liber & absolutus administrator illorum. Et dominium, quod remanet penes Ecclesiam, est ita subditum suæ voluntati, ut quidquid disposuerit, ratum habeatur. Dummodo in promotione aliqua limitatio quoad hoc non accesserit. Ita Lorca 2. 2. quest. 32. art. 9. sect. 4. disp. 4. m. 1. nu. 31. part. 5. tract. 2. resol. 64. Potest item Cardinalis Religiosus, secundum Laudense de Card. quest. 22. testari, & disponere de rebus suis, recuperans facultatem, quam per professionem amiserat. *Ibid.* in fine.

*Possuntque testari ac disponere bona sua.*

*Summa Diana.*

56. Cardinalis Religiosus secundum Vasquez l. 2. disp. 165. cap. 8. n. 89. tenetur ad quartum votum, quod in Religione Minorum emittitur vitæ quadragesimalis, & in Societate de audiendo consilio Generalis, etiam post promotionem coactam ad Episcopatum. Sed negativa sententia Sanchez sum. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 34. est probabilis. Quia ad quartum votum non tenetur Episcopus Religiosus. part. 5. tr. 2. resol. 65.

*Probabiliter non tenentur ad quartum votum Ordini Minorum & Societati.*

57. Cardinalis Religiosus tenetur portare habitum suæ Religionis. Ita Suarez de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 19. nu. 4. Si autem illum dimittit, non incurrit in excommunicationem latam in cap. no Clerici, vel Monachi in 6. Vel V. Episcopus, num. 16. part. 5. tr. 2. resol. 66.

*Tenentur tamen portare habitum suæ Religionis.*

58. Cardinalis Religiosus potest esse compater in Baptismo, tenendo infantem. Patet exemplo Gregorii, qui ex monacho Cardinalis effectus, factus est compater Mauriti Imperatoris. Ita Barbosa in iur. Eccl. lib. 2. cap. 2. num. 16. Ratio autem est, quia id Religiosis prohibetur, ac ratione familiaritatis ad sit periculum incontinentiæ, quod in Religiosis Cardinalibus non est formidandum. Idem dicendum de confirmatione, p. 5. tract. 2. resol. 67. Et de utroque quoad Religiosum Episcopum. *Ibid.* in fine. & p. 3. tract. 4. resol. 21.

*Cardinalis Religiosus potest tenere infantem in Baptismo.*

CARDINALIUM Familiars.

1. Cardinalium familiares possunt sibi Confessarium eligere de illorum licentia; quoniam, ubicumque reperiuntur sunt subditi suis Cardinalibus, tamquam ordinariis suæ familiæ curam habentis. Et sic præceptum Paschæ de communicando, ab ipsis completur in Oratoriis domesticis, cæteris ad proprias parochias confluentibus. Non ita familiares Episcoporum extra illorum dioccesim. Ita Ludovic. à Cruce in Bull. Cruc. disputat. 1. capite 2. dub. 22. nu. 170 part. 6. tract. 5. resol. 10. §. Notandum est etiam.

*Cardinalium familiares possunt sibi de illorum licentia Confessarium eligere.*

2. Cardinalium familiares in absentia